



# Disputatio juridica vigesima octava de injuriis

<https://hdl.handle.net/1874/340969>

DISPUTATIO JURIDICA  
VIGESIMA OCTAVA  
DE INJURIIS.

2 V A M  
D. O. M. I.  
P R Æ S I D E

*Viro Clarissimo.*

D. ANTONIO MATTHÆO, Juris An-  
tecessore Primario, in Illustri Acade-  
mia Ultrajectina

*Publicè defendet*

JOHANNES COESVELDT Doesb. Gelrus.

*Ad diem Julii horà locoque solitis.*



U L T R A J E C T I,  
Ex officina JOANNIS à WAESBERGE,  
M D C X L I X.

*Nobilissimis, Amplissimis, & Cla-  
rissimis Viris,*

D.D. ZVTPHANI-  
ENSIS COMITATVS  
DEPV TATIS, EORVM-  
QVE SECRETARIO.

*Ex officio offert*

Resp.

DISPUTATIO IVRIDICA  
VIGESIMA · OCTAVA  
DE INJURIIS.

T H E S I S I.



Njuria nihil est aliud quam contumelia contra bonos mores alicui illata: eaque fit tribus modis: re, verbis, & literis. Quæ verò gestu obscæno, aut pictura fit, ad unam harum specierum non incommodè referri potest. l. 1. & seqq. D. de injur. pr. Inst. eod.

I I

Verbis haut dubiè injuria fit, cum crimen objicitur: quid si vitium naturæ aut fortunæ? Etiam ex hoc maledictio injuriarum actio nasci potest. l. item apud Labeonem 15. §. convitium & §. seqq. D. h. tit. l. 3. D. de lib. & posth. hered. instit. l. 2. §. quid enim tam durum C. Quæd. & quib. quart. pars deb. l. si tibi servitutis 31. C. de liber. caus. Confer Gomef. 3. resol. 6. n. 2. Clar. 5. sent. §. injuria n. 15. Farinac. quæst. 105. n. 24.

I I I

Sed quod ad crimen attinet, vetus est quæstio, utrum ita demum injuriarum actio detur, si innocenti objectum sit, an et si nocenti? Paulus respondit, eum qui nocentem infamavit, non esse æquum ob eam rem condemnari. *Leum qui* 18. D. h. tit. Hoc responsum variè Dd. lancinant, ut videre licet apud Farin. d. quæst. 105. part. 5. Covar. 1. var. resol. 11. n. 6. Gail 2. obs. 99. Arg. ad cons. Brit. art. 627. n. 5. Nos nihil interesse existimamus, utrum infamandi, an detegendi animo; in judicio, an extra judicium crimen objectum sit.

I V

Peculiariter etiam quæsitum de teste, cui crimen objectum est elevandi testimonii gratia, an eo nomine injuriarum agere possit? Verius est posse, si modò crimen à litigante confictum sit; cæterum si fama vulgatum probare non potuerit, parcen-

dum ei videtur *l. 5. §. 1. D. Qui satisd. cog. junct. l. quisquis 6. C. de postul. l. miles 11. §. mulier D. ad leg. Jul. de adult. l. 1. §. quorum D. ad SC. Turpil. Imb. 1. Inst. for. 45. Rebus. tract. de reprob. test. art. 5. gl. un. Mornac. ad l. Lucius 21. D. de his qui not. infam. Dissentire videntur pro parte Costal. ad d. l. 5. Gail. 2. obs. 101. n. 6. & 7. Clar. §. sent. §. fin. quest. 5. n. 43.*

V

Quid autem si damnato id ipsum crimen objiciatur, cujus jam pœnam sustinuit? Siquidem salva existimatione punitus sit, equum est, actionem injuriarum ei dari: sin existimationem consumserit pœna, vix est, ut eo nomine queri possit: quid enim existimationi jam consumptæ decedere poterit? Zoan. tripart. defens. part. 2. n. 11. & seqq. Diff. Argentr. art. 627. n. 5.

V I

Quid si convitiatus paratus sit autorem laudare, an absolvendus illo auctoritatem non defugiente? Nequaquam *arg. l. un. C. de famos. lib. l. non solum 11. §. si mandatu D. h. tit. Coler. decis. 161. n. 41. Schneid. ad §. 1. Inst. h. tit. n. 6.* Generaliter enim in delictis laudatio auctoris locum non habet *l. 5. C. de accus. l. 8. C. de Calumn. l. 1. §. incidit D. ad SC. Turpil. l. 1. §. quoties D. de vi & viarm. Rebus. tract. de dilat. art. 2. gl. 1. n. 30. Berlich. part. 5. concl. 67. n. 50. Coler. decis. 161. n. 41. Papon. lib. 6. tit. 4. arr. 14.*

V I I

Convicio provocatus, si dixerit, *Mentiris*: non tenetur injuriarum *l. qua omnia 25. §. 1. D. de procur. l. qui cum major. 14. §. si libertus D. de bon. libert. Gail. d. obs. 101. n. 4. & obs. 100. per tot. VV. urms. tit. 47. obs. 15. & 18. Zoan. in tripart. defens. part. 1. n. 54.* Sed si convicium convicio ultus sit, tamen si injuriam fecisse videatur, non tamen absurdum erit, paria delicta mutua compensatione tolli, *arg. l. viro atque uxore 39. D. Sol. matr. Arg. art. 628. glos. un. Tuld. ad tit. C. de injur. n. 4. Dis. Dd. com. quorum alii summota compensatione provocato omnino ignoscunt; alii mitius eum puniendum censent. Ias. & alii in l. ut vim D. de just. & jur. Bajard. ad Clar. §. sent. §. injuria n. 64. & 65. Farin. d. quest. 105. n. 306. Sane Bolognetti sententia, qui ad d. l. ut vim:*

n. 94. & 95. scripsit. nobilem conviciam à plebejo sibi factam  
etiam colapho vindicare posse, nequaquam est probanda.  
Diss. Berlich. part. 5. concl. 64. n. 30.

V I I I

Literis injuria fit, cum in alicujus infamiam carmen com-  
ponitur, vel historia, aut inscriptio l. 5. §. si quis librum & seqq.  
D. h. tit. aut inventus libellus famosus non corrumpitur sed  
vulgatur l. un. C. de famos. libel. Sed si libello alterius rei gratia  
conscripto, alicujus existimatio quasi in transitu suggilletur,  
auctor quidem tenetur, vulgator non tenetur. l. 15. §. si quis  
libello. l. 37. D. h. tit.

I X

Facere injuriam illi duntaxat possunt, qui doli capaces sunt:  
pati, etiam qui doli capaces non sunt, veluti impuberes nec  
dum proximi pubertati, furiosi, dormientes. l. 3. pr. & §. 1. D. h.  
tit. Quin etiam mortuis videtur injuria fieri, si cadaver vexetur,  
aut statua saxi cedatur: quam injuriam heredes & bono-  
rum possessores exequi solent l. 1. §. etsi forte 4. l. si statua 27.  
D. h. tit. junct. l. 1. D. de his qua ut indign. l. 1. offa 8. D. de relig. &  
sumt. fun. Farin. d. quaest. 105. n. 85.

X

Patitur injuriam non solum per nosmet ipsos, verum etiã  
per servos nostros, per liberos quos in potestate habemus, per  
uxorem, per sponsam. §. patitur Inst. h. tit. l. 1. §. item aut per se-  
metipsum l. 15. §. sponsum & §. ult. l. 16. D. eod. Adjiciunt Dd. per  
cognatum etiam toti cognationi, per subjectas personas ab-  
bati, episcopo, seniori, magistratui, civitati injuriam fieri. Dd.  
in d. §. patitur. G. Pap. de cis. 464. Gomes. d. c. 6. n. 6. Menoch. de arb.  
cas. 262. Bajard. ad Clar. d. §. injuria n. 38. Farin. d. quaest. 105. n.  
288. Verum non persuadent.

X I

Pœna injuriarum, ex xlii. Tab. propter membrum ruptum  
talio fuit, propter os fractum numaria assium xv. §. pœna Inst.  
de injur. Gell. 20. noct. Attic. cap. 11. Vtraque rectè sublata est,  
inprimis talio: neque enim justitię distributrici consentanea

est. *Arist. 5. Eth. cap. 8. Favorin. apud Gell. d. cap. 1. Bodin. lib. 6. de republ. cap. ult. Gros. lib. 1. de jur. bel. & pac. cap. 2. & lib. 2. c. 20.*

X I I.

Novo jure permittit prætor injuriam passo, eam æstimare, & vel tanti reum condemnat, vel etiam minoris *d. §. pœna Inst. h. tit.* Quæ pœna locum habet, non solum si ex edicto agatur, sed et si ex lege Cornelia *l. constitutionibus 37. §. 1. D. eod.* Spectatur autem in ineunda estimatione tempus admissi, non quo agitur, *l. injuriarum 21. D. eod.* Ac licet jurisjurandi his locis nulla fiat mentio, rectissimè tamen illud receptum, ut juramento actori delato injuria estimationetur, *arg. l. §. ult. l. cum furti 9. D. de in litem jurand. l. si quando 9. C. und. vi. Dis. Tuld. in Cod. ad h. tit. n. 10.*

X I I I.

Si plures injuriæ illatæ sint, singularum estimatione peti potest. Si tamen eodem momento & impetu, veluti si eodem tempore & domum tuam Titius vi introierit, & convicio dicto te verberaverit, plures quidem injuriæ sunt, de singulis tamen separatim agi nequit, sed omnes conjungendæ sunt. *l. 7. §. si mihi plures l. si plures 34. D. h. tit. Cujac. 26. obs. 18. Confer Farinac. d. quest. 10. §. n. 174. Sande lib. 5. decis. tit. 8. def. 1.*

X I V.

Illud difficilius, si mortuo injuria facta sit, & plures existant heredes vel bonorum possessores qui agere velint, utrum singuli in solidum, an pro partibus hereditariis agere possint? Sed cum ad ipsorum existimationem hæc injuria pertineat; cum actionem suo nomine habere dicantur; *l. 1. §. etsi forte 4. & §. quotiens 6. D. h. tit.* cum tot sint injuriæ, quot personæ eorum qui aut faciunt, aut patiuntur *d. l. si plures 34. D. eod. l. si familia 9. D. de jurisd.* denique cum pater, maritus, filiafam. nupta, singuli in solidum agant, *l. 1. §. ult. D. h. tit.* recte judicatum arbitrator, etiam heredes singulos in solidum agere posse. *Sand. d. tit. 8. def. 2. Dis. Imol. l. 2. §. Caro. n. 44. D. de V. O. Farin. quest. 107. n. 368.*

X V.

Tollitur injuria dissimulatione, quæ ex familiari conversa-

tio-

tione & usu potissimum colligitur. Ceterum neq; deprecatio  
vapulatis, neq; dilatio actionis, neq; orationis dominicæ reci-  
tatio, neq; sacrae cœnæ cômuniô sola sufficiens dissimulationis  
argumenta est. §. ult. Inst. h. tit. l. si tibi 31. C. de liber. caus. 10 an.  
Fab. & Schneid. in d. §. ult. Berl. §. concl. 70. n. 19. & seqq. Farin.  
d. quæst. 105. n. 376. Sand. d. tit. 8. def. 12. Nec excipimus injuriam  
manu factam, puta verberando, vulnerando ve: hæc quoque  
dissimulatione tollitur. Dis. Farin. d. quæst. n. 345.

#### X V I

Tollitur pacto, transactione, jurejurando l. si tibi 17. §. 1. l. si  
unus 27. §. pacta D. de pact. l. non solum 11. §. 1. D. h. tit. Nec ad-  
versatur l. 1. l. 6. §. pactusque D. de his qui not. infam. Sed si forte  
contumeliæ damnum mixtum sit, queritur, an remissa injuria,  
censeatur etiã remissa persecutio damni? Verius est, non cen-  
seri remissam. arg. l. si profure 7. D. de cond. furt. l. 2. D. de priv.  
del. l. cum ex uno 32. l. qui servum 34. l. quotiens 41. §. 1. D. de O. &  
A. l. 15. §. si quis servo verberato D. h. tit. Clar. §. fin. quæst. 58. n.  
38. Gomes. d. cap. 6. n. 13. Farin. d. quæst. 105. n. 365. Myns. cent. 4.  
obs. 10. Berlich. part. 5. concl. 70. n. 26.

#### X V I I

Postremò tollitur injuriarum actio anno l. si non convicu 5.  
C. h. tit. Sed de hoc anno non una nata est controversia. Qua-  
ritur enim, annus sitne intelligendus continuus, an utilis? Nos  
iis assentimur qui utilè intelligunt: arg. l. 6. D. de alien. jud. mut.  
caus. l. 1. & 6. D. de calum. l. 1. pr. & §. annus 39. D. de vi & vi arm.  
l. 1. §. hanc actionem D. Si mul. ventr. nom. in poss. cal. caus. es dic. l.  
in honorariis 35. D. de O. & A. cum simil. Gail 2. obs. 105. n. 3. Cuj.  
in l. 14. §. 1. D. Quod met. caus. Gov. 1. var. lect. 10. Dis. Myns.  
cent. 5. obs. 7. VV urms. tit. 47. obs. 1. Hart. ab Epping. tit. 49. obs. 2.  
VV es. in parat. n. 13. Schneid. ad §. sed & lex Cornelia Inst. h. tit.  
Clar. d. §. injuria n. 9. Farin. quæst. 10. n. 22.

#### X V I I I

Dein dubitatur, an etiam ob injuriam literis factam intra  
annum agendum sit? Multi perpetuam actionem esse putant,  
eo quod literæ semper loquantur. Zas. in l. cum lex n. 22. D. de  
legib.



logib. Gail 2. obs. 104. n. 4. *VV*urms. d. tit. 47. obs. 11. *VV*es. d. loc.  
Nobis verò neque sententia hæc, neque ratio sententię placere  
potest. Rauchb. 1. quæst. 48. n. 4. & 5. Coler. de proces. exec. part. 4.  
cap. 1. n. 92. Berlich. part. 5. concl. 69. n. 50. & 51. Fach. 9. contr. 9.

### X I X

Ad hæc controvertitur, an actio quoque ex lege Cornelia  
descendens anno terminetur? Verius est, hanc cum civilis sit &  
injuriam manu factam vindicet, perpetuam esse. *pr. Inst. de perp.*  
& *tempor. act. Clar. d. n. 9. Farin. d. quæst. 10. n. 23. Rauchbar. d. qu.*  
*48. n. 3. Hart. Pistor. 4. qu. 20. Myns. cent. 1. obs. 84. & cent. 5. obs. 7.*  
*VVurms. d. obs. 1. Sand. 5. tit. 8. def. 3. Neost. æcificur. prov. 13. Dis.*  
*Azo in sum. C. h. t. n. 17. Gomes. d. cap. 6. n. 15. Fr. Marc. part. 2. de-*  
*cis. 192. n. 2. Oldend. de act. clas. 7. act. 10. n. 7. Mol. ad const. Elett.*  
*part. 4. const. 46.*

### X X

Moribus alia actio introducta est, qua ad palinodiam agi-  
tur. Hanc civilem putamus, non criminalem *Myns. cent. 2. obs.*  
*98. Gail. 1. obs. 65. Epping. d. rit. 49. obs. 3. n. 6. Dis. Marant. part. 4.*  
*de judic. dist. 1. n. 10. Annalem, non perpetuam. Vult. ad 6. pœna*  
*Inst. h. tit. n. 8. Dis. Berlich. part. 5. concl. 62. n. 43. Cumulari cum*  
*pretoria actione non potest, nisi id consuetudine sit inductum:*  
*deficiente enim consuetudine ad jus commune recurrimus,*  
*quo regulariter cumulationes actionum sunt prohibite. l. 78.*  
*§. pen. D. de leg. 2. l. 6. D. de excep. rei jud. l. 33. l. 84. §. qui servum*  
*D. de leg. 1. l. 1. §. quia autem D. Quod legat. Dis. Gail. 1. obs. 65.*  
*n. 5. Berlich. d. concl. 52. n. 7.*

### X X I

Condemnatum injuriarum infamia sequitur. *l. 1. D. de his qui not.*  
*infam.* Sed an iudex condemnare etiam salva existimatione potest? Po-  
test sanè, si graviolem pœnam extra ordinem irroget *l. quid erg. 13. §.*  
*pen. D. eod. alias non potest l. Divus 40. D. h. tit. l. non poterit 63. D. de*  
*furt. l. 1. §. quorum D. ad SC. Turpil. l. 5. C. ex quib. caus. infam. irrog. Zas.*  
*ad l. acta §. de amplianda n. 7. D. de re jud. Diss. Dd. com. Gail. 1. obs. 65.*  
*in fn. Blarer. ad l. diffamari, in protheor. part. 2. n. 3. Boer. decis. 64. n. 10.*  
*Berlich. d. part. 5. concl. 64. n. 34. Chaf. ad cons. Burg. tit. 4. §. 5. gl. pen. n. 36.*  
*Clar. d. §. injuria n. 10.*

DISP V.